

voluit, accusativum adiiciens intellecto tali verbo, quo significaretur *in mente habeo*. Sic infra v. 1054.

*μαρτυρίοισι γὰρ τοῖςδ' ἐπιπείθομαι,  
κλαιόμενα τάδε βρέφη σφαγάς.*

Et Sophocles Ant. v. 857.

*ἔψανσας ἀλγεινοτάτας ἔμοὶ μερίμνας,  
πατρὸς τριπλοιστὸν οἴκτον.*

Sed quid exemplis opus in re pervulgata?

3. *ἄγκαθεν* G. Ald. Hesychius mendose. *ἀγοίαθεν*, *ἀνέκαθεν*. *Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι*. Idem *ἄκκαθεν*, *ἀνέκαθεν*. Sed ibi codex *ἄκ-*  
*καθεν*, *ἄναλθεν*. Disertius grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 337, 25.  
*ἄγκαθεν*, κατὰ ἀποκοπὴν ἀντὶ τοῦ *ἀνέκαθεν*. *οὗτος Αἰσχύλος*. Sic  
etiam scholiastes. Mira apocope, qua vocalis necessarius abiicitur. Et  
licebat hic *ἀνέκαθεν* dicere, ut factum est in Choeph. v. 422. Fieri  
potuit, ut quemadmodum in Eum. v. 361. male scriptum erat *ἄγκαθεν*,  
ubi metrum *ἀνέκαθεν* ab Aeschylo profectum ostendit, ita hic quoque  
peccarent librarii. Diversum est *ἄγκαθεν* ex *ἄγκας* derivatum, quo uti  
tur Aeschylus in Eum. v. 83. quod est *ἐν ἄγκάλαις*, quae interpretatio  
in Farn. Agamemnonis versui adscripta est. Videlur ea vera esse. Nam  
etsi *ἄγκας*, *ἄγκάλη*, *ἄγκαλίζω* de interiore parte brachii dici solent, ut  
*ἄγκας*, *ἄγκαθεν* sit *in ulnis*, tamen, ut *ἄγκών*, quo vocabulo exterior  
pars significatur, de interiore dicitur non solum apud Longum I. 6. sed  
etiam apud Sophoclem Ant. 1237. et apud Euripidem Suppl. 817. Iph.  
Aul. 131. ita *ἄγκαθεν* significabit quod *ἐπ' ἄγκῶνος* dicitur. Aptissi-  
mus Aeschyli loco versus Homeri est Od. XIV. 494. *ἢ, καὶ ἐπ' ἄγκῶνος*  
*κεφαλὴν σχέθεν, εἶπε τε μῆθον.*

4. *νεκτέοων* G. Marc. Ald.

5. *θέρος βροτοῖς* M. Bess. et edd. Ita etiam Achilles Tatius, qui  
in Isagoge in Arati Phaenomena p. 81. sive in Petavii Vranologio p. 122.  
versus 4. 5. 6. affert. *θέρος βροτοῖς* G. *βροτοῖς θέρος* Ven. Flor. Farn.

6. *ἐνθέρει pro αἰθέρι* Bess.

7. *ὅταν* Flor. Turn. *ὅτε ἂν* M. G. Bess. Marc. Ven. Ald. Rob. ut  
solent. Quoniam Achilles Tatius non habet hunc versum, Valckena-  
rius ad Phoen. v. 506. eum ut ineptum damnavit: cui assensi sunt quum  
alii, tum Porsonus in Appendice ad Toup. p. 479. et in editione Aeschyli.  
Tuiti eum sumus, Heathius, ego in Opusc. II. p. 78. Petersenus in Misc.  
Hafn. I. p. 45. Conzius, Vossius in Curis Aeschyleis p. 14. Orellius in  
Symbolis ad philol. ex Helvetia I. p. 193. Nam nec Tatio magna fides  
habenda, cuius liber non est emendatissimus, et in ipso versu potius cur  
servetur, quam cur abiiciatur, videtur inesse. Omissio enim, ut recte di-  
cat excubitor se signa quae anni tempestates afferant contemplari, tamen  
hoc loco rectius addet observare se quando occidunt atque orientur.  
Numerare enim dies et computare tempora solent, quibus molesta est  
diurna exspectatio. Quaerendum vero est, qua ratione iungenda sint